



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 44. Cæsar Vallisoletti appulsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. rat ortus, Joannes Leyen successerat,
A.C. 1556. ac denique in Adolphi fratris sui locum
 Antonius ex Chawenburgensium Co-
 mitum genere natus in Archiepiscopum
 Colonensem eligebatur. Cum ergo o-
 mnes hi tres recens electi Principes do-
 mi disponendis rebus suis intenti essent,
 Carolus V. haud expectato Oratorum
 suorum reditu Philippo Filio suo, ac Sa-
 baudiæ Duci, qui Cæsarem Zelandiam
 usque comitabantur, valedixit, & die
 decima septima Septembris hora septi-
 ma ante Solis occasum Sudeburgo sol-
 vit, unacum Eleonora Franciæ, & Ma-
 ria Hungariæ Reginis ejus fororibus in
 Hispaniam navigaturus. In classe nu-
 merabantur præter prætoriam, qua i-
 psemet Cæsar vehebatur, Cantabricæ
 naves sexdecim, Belgicæ viginti, &
 quamplurima alia minora Batavorum
 navigia, quibus feso plures Brittanicæ
 naves adjunxerant.

§. XLIV.

Cæsar Vallisoleti appulsus.

**Ant. Vera
vie de Char-
les V. p. 300.** **C**um Imperator secundis ventis utere-
 tur, nullo ferme navigationis in-
 commodo in Hispaniam trajiciens Lare-
 duni in Callaicis ad portum appulit, ubi a
 supremo Castellæ Connestabili, qui ad-
 ventanti cum ingenti Procerum comi-
 tatu

tatu obviam procefferat, soleinni ritu ex- **Sæcul. XVI.**
 cipiebatur: ubi vero littus Cæsar attige- **A.C. 1556.**
 rat, prostratus in genua osculo demif-
 se terram libavit, atque in hæc verba
 prorupit „saluto reverenter communem
 „omnium hominum parentem, prout
 „nudus e Matris olim utero prodii, ita
 „ad alteram hanc Matrem libentissime,
 „ac libere nudus revertar: „ Porro cum
 in Cantabriam appulsus prope Burgos
 esset, paucos admodum sibi obvios vi-
 dit Hispanos Proceres, sensitque tum
 primum nuditatem suam. Huic accef-
 sit & illud, nam ex centum nummum
 aureorum millibus, quæ pro suis rediti-
 bus ex immensis opibus sibi tantummo-
 do se posuerat, quadam parte opus
 tunc habebat, ut famulos aliquot dona-
 ret, eosque dimitteret; verum expe-
 ctandum ei plusculum, nec sine stomacho
 Burgis fuit, usque dum hæc pecunia
 redderetur: hanc ille offensionem sicut
 dissimulanter haud tulit, ita occasionem
 nonnullis forte præbuit affirmandi, Re-
 gnis vix ejuratis cœpisse Carolum initi
 Consilii pœnitere.

§. XLV.

Cæsar ad Divi Justi Cænobium recedens.

Cæsar Vallifoletum profectus, unacum
 Carolo Philippi Filio, qui tum ibi
 mora-

Thuan. l. 17.

Vera l. c.

Belc. comm.

p. 27. n. 38.